Split by PDF Splitter

ſupereſt maſculus ex eo q primo fuit inueſtitus vt ibi dixit tex. Itē excipias alios caſus ꝺ qbus tetigi ſuper tex. vꝫ ſi redemit ex amore fuerit inueſtita vel ſit ꝯſuetudo vt ibi dixi remittēdo ad ea que ſcripſi. ſ. §. primo. No. ꝙ ſicut mulieres nō ſunt capaces feudoꝝ ita nec deſcēdētes eaꝝ qm̄ deſtructo antecedēte ſequitur deſtructio ꝯſequētis. l. i. §. eius rei. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. No. ꝙ conſuetudo pōt alterare diſpoſitionem iuris cōis vt hic ⁊ in. l. i. C. q ſit lon. ꝯſue. q̄ꝫq̄ꝫ eniꝫ legū romanoꝝ nō vilis ſit auctas tamē nō vſqꝫ adeo vim ſuam extendūt vt vincant cōſuetudinem aut mores vt. j. ꝺ feu. cogni. in. c. i. ⁊ in glo. fi. hic poſita in ſui prin. ⁊ l. ij. C. q ſit lon. ꝯſue. No. ꝯditōes mulierū eſſe deterioris conditionis q̄ꝫ maſculoꝝ vt patet hic ⁊ in aliis multis caſibus notatis in. l. in multis. ff. ꝺ ſtatu hominū. Et in quolibet cāu poteſt aſſignari ratio vt ibi ⁊ in. l. ij. ff. de reg. iur. ſed q̄tū ad caſuꝫ noſtrū rō eſt q: dominū ſuū adiuuare nō poſſent per pugnam ⁊ hoc voluit dicta glo. fi. hic poſita in ſcda ſui pte. Debent. n. vaſalli adiuuare eoꝝ dominos ⁊ hoſte pagentes vt. j. de capi. cor. in. §. pe. ⁊. j. ꝺ pace iura. fir. in fi. ⁊. j. q fuit pama cauſa bene. amit. in. §. item q dn̄m qꝺ femine nō intelligūtur poſſe facere ꝓpter eius ſexus fragilitateꝫ. l. qſqs. §. ad filias. C. ad. l. iul. maieſta. licet bene poſſint intereſſe in vſu belli aliter q̄ꝫ pugnando. vt. ff. ꝺ capti. l. poſtliminiū. §. fi. Et q̄ꝫq̄ꝫ legamus interdū mulieres armis aſſuefactas ⁊ in vſu pugnandi doctas ſicut de pantaſilea regina amazonum de iſicratea vxore mitridatis ꝺ zenobia regina orientis in ſacra ſcriptura ꝺ regina auſtri ꝺ iudit ⁊ ſilibus dicendum eſt ꝙ iſta fuerūt caſualia q nō rumpūt regulas iuxta. l. nā ad ea. ff. ꝺ legi. ſm An. ꝺ yſer. Aliq tamē ſunt cāus in qbus ꝯditio mulierū ē melior q̄ꝫ maſculoꝝ qui no. per glo. in. c. mulieres ꝺ iudi. li. vi. ⁊ ꝺ penis vbicūqꝫ li. vi. No. hic in fine q: illud qꝺ de ſui natura non eſt licitū poteſt ſpecialiter per pactū fieri licituꝫ. Et q: iſta eſt via brocardica dic vt dixi in. §. precedēti in notabilibus. Op. cū glo. prima contra iſtū tex. in eo qꝺ dixi ꝙ ſcdꝫ leges femine ſuccedunt ſicut maſculi. Sed contra hoc eſt caſus in. l. ij. ⁊. l. vi. in ti. de ſucceſſionibus in lombarda vbi dicit ꝙ filia ſuccedit in tertia pte hēditatis filius aūt maſculus in duabus ptibus. So. dixit glo. ꝙ iſte tex. habuit reſpectū ad leges romanas ⁊ cōes. cōtrariū vero loqtur ſm leges lombardas iter quas leges circa materiaꝫ ſucceſſionū ſunt plures differētie quas glo. iſta ſeriatim deſcripſit ⁊ recitat vnde dic vt in ea vſqꝫ ad finē. Ex qua glo. colligūt ⁊ eliciūt aliqui plura argumēta. vꝫ ꝙ ſtatuta diſponētia circa ſucceſſiones ſunt ſeruāda. Itē ꝙ ſtatuta poſſunt diſponere circa ſucceſſiones ſpurioꝝ. Item ꝙ facere pacem ⁊ cōmoda pacis ptineant ad maſculos ⁊ nō ad feminas qꝺ facit ad ſtatuta loquentia de pace obtinēda ab hēdibus interfecti vt colligit ex hac gl. in fi. Sed tu aduertas ꝙ iſta argumēta tal: ſumpta ex iſta glo. eliciunt ex legibus lombardoꝝ qꝺ non licet ſm Bal. quoniam argumentuꝫ debet ſummi ex lege cōi vt. l. ſi ſerui veſtri C. de noxalibus vnde q̄ꝫq̄ꝫ argumēta predicta poſſint i ſe eē vera nihilominus dicas plene de primo argumēto per Bal. in. l. in qbus. C. de ſecū. nup. ⁊ in. l. ij. C. ꝺ libe. pte. ⁊ in. l. liberti. C. ꝺ op. libe. in. l. iij. C. de ſuis ⁊ legi. here. ⁊ in. l. cū antiquioribus. C. de iure delibe. ⁊ in. l. ex hoc iure de iuſti. ⁊ iure. De ſcdo vꝫ circa ſpurios an poſſint per ſtatutum fieri ſucceſſibiles dic plene ꝑ Bal. in. l. i. C. ꝺ iure anul. aureo. Circa tertiū vide ꝑ Bar. in. l. eadē in. §. cato. ff. ꝺ verbo. obli. ⁊ in. l. qui ſeruum in eodem titu. per Bald. in. l. ij. C. de lib. ⁊ eoꝝ lib. ⁊ in. d. l. ex hoc iure ⁊ in. l. omnes populi de iuſti. ⁊ iur.

Op. cum gl. ij. iuxta finem in verſiculo quibus iſto ⁊c. ꝙ imo maſculi deſcendentes ex filia femina excluſa a ſucceſſione feudorum debeant admitti ad ſucceſſionem dicti feudi q: ratio propter quam excludit filia ſcilicet quia pugnā facere nō poteſt ceſſat in dictis maſculis deſcendentibus ex ea. vnde ceſſante cauſa prohibitionis deberet ceſſare ipſa legis prohibitio vt. ff. ꝺ vſuris. l. vbi lex ⁊ ꝺ diuor. l. fi. §. quod ait. ſo. dicit gl. ꝙ ſufficit pro ratione volūtas quia ita placuit ex cōſuetudine feudorum nec aliam aſſignat rationem. Ex qua glo. no. illud dictum quod nō omnium que a maioribus noſtris dicta ſunt ratio reddi poteſt. l. nō oīuꝫ. ff. de legibus ⁊ maxime in his que ſunt de poſitiua iuſticia vt. l. i. §. pueritiam cū ibi no. in glo. ff. de poſtul. Simile no. glo. in auc. ſed ⁊ ſi quis. C. ꝺ ſecun. nup. ⁊ in auc. de nup. in. §. quoniam. Naꝫ ſola volūtas principis dicit iuſta cauſa vt no. in. l. relegati. ff. de penis. ſed tamen qcquid dicat glo. tu potes aſſignare has rationes ſecundum doc. ⁊ primo ſm Iac. de bel. quia cum ſublata ſit media pſona per quaꝫ nepos admittebat amplius nō debꝫ admitti ar. C. de ſuis ⁊ legi here. l. meminimus. ⁊. ff. de pac. l. ⁊ heredi. §. in principio. Item q: ſublatis mediis videnf ſublata extrema vt ꝑ Dy. in. c. indultū de regu. iur. li. vj. vel ſm Ia. ardizo. ratio eſt quia imunitates cōceſſe etiaꝫ poſteris nō extendūt ad poſteros deſcendētes ex feminis. l. i. in fi. ⁊. l. imunitates. ff. de iure imu. vel dic ſecundū An. de yſer. quod ratio eſt q: ſucceſſor nō debet eſſe melioris conditōnis quā auctor ſuus a quo habuit cauſam, vt diſponit regula iuris in. l. in his. §. i. ⁊. l. quod ipſis. ff. de regulis iuris. ⁊ hec ratio placet mihi vltra ⁊ placet etiam Nico. de neap. vnde vicium auctoris durare dꝫ etiam apud ſobolē ar. in auc. vt omnes obedi. iudi. prouin. in prin. ⁊ ideo licet in nepote maſculo ex filia ceſſet ratio ꝺ qua in iſto tex. nō tamen ceſſant alie rationes ⁊ regule cōes de qbus ſupra q militant aduerſus ipſum nepotem maſculū venientem ex perſona filie. Item q: ſucceſſiones non fiūt per ſaltum vnde neceſſariū ē ꝙ gradus ante ſe ſit ſucceſſibilis quoniaꝫ deſtructo ordine deſtruit ordinale ſm Bald. facit. ff. de ſerui. ru. predi. l. tria predia. Quero ab extra quedā mlier armauit ſe ⁊ iuit ad pugnā i expeditiōe an tunc efficiat capax ad ſuccedendū ad feudūm ⁊ dicit An. de yſer. ꝙ ſic arguendo per. l. ſi maior. C. de legi. here. ⁊ ꝑ no. in. l. ex his. ff. de legi. facit pro hac parte iſte tex. a cōtrario ſenſu. Sed in ꝯtrariaꝫ ſniam eſt Nico. de nea. vt dicta mulier ex hoc nō efficiat capax q: vbicunqꝫ ſunt plures rationes idem inducentes licet vna nō eſſet nihilominus alie remanent que habent obſtare. l. cum hi. §. pretor ff. de tranſac. ⁊ quod no. in. l. i. ff. de diuor. Sed cum vaſallus debeat eſſe cōſtans vt patet infra de noua fi. for. c. i. que cōſtantia n̄ cadit in muliere inſti. qui. alie. licet in principio. Item vaſallus debet preſtare conſilium domino vt infra de for. fi. c. i. qꝺ conſilium mulieres nō habent. l. ſi pater. C. de ſpon. igitur mulier ex ea ſola ratione nō intelligitur eſſe facta capax obſtantibus aliis rationibus ⁊ hanc partem puto veriorem quia iſtud eſt officium virile i quo mulieres non debent ſe imiſcere. ff. de procura. l. alienam. Et fortifico hanc partem quia cū filius maſculus deſcendens ex ipſa muliere qui erat capax ad pugnam ⁊ in quo concurrebāt omnes predicte rationes excludat a ſucceſſione feudi vt dixi ſupra proxime ⁊ patet in hoc tex. multomagis debet excludi ipſa mulier i qua pauciores rōes concurrunt ꝑ ſupradicta ⁊c. Ultio ad materiaꝫ preſentem vide. j. epi. vel abba. in. §. quin etiām. j. de ſucceſ. feu. in. §. filia infra quid ſit inue. in fine infra de grad i. in prin. ⁊ in tit. de eo qui ſibi here. que ſuis in. c. i. ⁊ infra de bene. feu. in. c. i. in prīnc. ⁊ pluribus remiſſionibus quas ibi adduxi ⁊ qꝺ dixi ifra de natura ſucceſ. feu. in tertio notabili ⁊ plene ꝑ Iaco. ardizo in ſumma in titu. de ſucce. feu. ſub rubricella tertia ⁊ quarta ⁊ vide qꝺ dixi ſupra i. §. precedenti in oppoſitione. vi. in ſpecul. de feu. §. quoniam verſi. xij. ⁊ per Bal. in. l. fi. C. ꝺ ſuis ⁊ legi. here. ⁊. in. l. i. ff. de ſenato. per canoniſtas extra de iudiciis in. c. ij. li. vj. ⁊ de peni. ⁊ remiſ. c. noua. ⁊ ꝑ Archi. extra de teſta. in. c. ſi pater li. vi. Iaco.

hoc quoqꝫ Sciendum ſupra proxime tractauit de ſucceſſione deſcendentium. Nunc vero principaliter dicit ⁊ tractare intendit de ſucceſſione collateralium licet poſtremo ſubiciat etiam ſecundario de ſucceſſione deſcendentiū. ⁊ in ſumma hoc intēdit. Collaterales in ſucceſſione feudi admittūtur vſqꝫ ad. vij. gradū. deſcēdētes vero vſqꝫ in infinitū. h. d.

Et diuidit in duas ptes ſm lec. quam ſequor quoniā in pma loqtur de trāſuerſalibus qui admittūtur ad ſucceſſiōem feudi ex pacto ſeu ex natura feudi dato ꝙ nō ſint ꝺ deſcēdētibus primi acqrentis. In ſcda loqtur ꝺ trāſuerſalibus deſcēdētibus a pmo acqrente. ſcda ibi ꝙ in vaſallis. Premitto pro euidētia ꝙ iſte. §. legit duobus modis. vno modo ꝙ loquat totus in feudo pāno ꝙ feudū nō poſſit inter deſcēdētes ꝑ lineaꝫ trāſuerſalem obliquaꝫ inter eos vltra. vij. gradū ſed ꝑ lineā directā inter deſcēdentes ꝓcedat in infinitū. Alia eſt lectura ꝙ loquat ꝺ eo feu. quod a prin. fuit eiꝰ nature vt tranſiret etiam ad collaterales quo caſu per lineam trāſuerſalem nō tranſcēdit ſeptimum gradum. ſed lineam deſcendentiuꝫ procedit i infinitum etiam ſi dicti deſcendentes a primo acquirente eſſent nunc effecti tranſuerſales inter ſe ⁊ iſta eſt notabil lect. de qua feci mentionem ſupra eo. in. §. ⁊ quia in vltimo notabili ⁊ videas quod ibi dixi pro intellectu predictorū ⁊ infra de feu. mar. in. c. ſi capitanei. In tex. ibi beneficium. i. feudum vt probat ifra in qui. cau. feu. amit. in fine. ⁊ dixi ſupra in preambulis in diuiſiōe feudoꝝ ⁊ intelligas ꝙ loquat ꝺ tali feudo qꝺ a principio fuit acqſitū cū tali pacto vt tranſeat ad trāſuerſales qꝺ licitū eſt vt. j. ꝺ fra. de no. he. inueſti. in. c. i. ⁊ dixi. ſ. eo. in. §. ⁊ quia in vltimo notabili

quo